Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



mspias

In conspectu tuo dico quia tu Domine es adiutor meus in bonis agendis et redemptor meus a malis adiutor ut habitem in caritate tua redemptor ut liberes me ab iniquitate mea

Dñ 19 In quo ypheta tangit dignitatem xpristi sc sacerdotalem et regalem

O domine

Exaudiat te dominus patet in die passionis tue quia vere appellatus ē dies tribulationis in qua tanq̃ sacerdos offeres ei immaculata hostiam pro nobis et protegat te virtus dei iacob populi xpiani

Mittat tibi de sancto .i. de ecclesia auxilium eam ad credentem ymaginem tibi formando sicut euam ade ad ymaginem carnalem in paradiso et de syon .i. de diuinitate per quam speculatores omma tueatur te

Memor sit omnis sacrificij tui totius sacrificij passionis tue eius meores nos faciendo et holocaustum in quo totum in cruce te pro nobis deo obtulisti placidum et acceptum deo fiat et in leticiam resurrectionis conuertat

Tribuat dns effectum et efficaciam passionis tue iuxta desiderium et intentionem tuam et non secundum corporalem intentionem qui tibi passionem intulerunt et omne consilium tuum compleat quoniam omnia alto consilio facis

Ideo lect oro o xpiste quia letabimur in salute qm nobis pro tuam mortem operatus es et nomini tui participatione magnificabimur cum a tuo nomine dicti sumus xpiani

Impleat dominus omnes petitiones tuas non solum quas in terra fecisti sed etiam eas quas in celo facis in